diorum genere operam ponunt, quorundam tamen oſcitantiã maximo cumdolore animi ſępè deprehendimus. Qui ſanè rerum utilium tardi proviſores ſi per ætatẽ aut intelligerent aut ſatis perpenderent, quæ ſit hujus diſciplinę neceſsitas ad comparandam ſolidę eruditionis quaſi ſupellectilem, quantos eadem fructus in vitâ communi utilitateſq́; pariat, quàm mirificâ deniq́; eâq́; liberali cũ delectatione animi ſit conjuncta, tantam rem ſine controverſiâ tam negligenter acturi non eſſent. Nã ut ab eo, quod ad neceſſitatem pertinet, potiſsimum exordiar,